



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

Epistola IX. Simplicii papæ ad Acacium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

EPISTOLA IX.

SIMPLICII PAPÆ  
AD ACACIVM.

Gratulatur Timotheum Alexandriæ episcopum catholucum suæ ecclesiæ fuisse restitutum.

*Simplicius episcopus Acacio episcopo Constantinopolitano.*

QVAM sit efficax supplicantium Domino perseuerantia sacerdotum , & quam iucundo gratuletur affectu , studium quod defensioni fidei sinceris mentibus exhibetur , literis tuae dilectionis agnoscitur , quando post tanta certamina , quibus Dei misericordia in causa propria religionis famulos & ministros suæ constituens potestati , probatissimos sibi fecit esse victores : si quidem Alexandrina ecclesia diuino tandem iudicio liberata , in consortium communium nos aduocans gaudiorum , eum qui ab haeretico fugatus fuerat , ad eius sedem rediisse testaris . Vnde animis exultantibus ad universalis ecclesiæ quietem , Christo Deo nostro pro salute primum fidelissimi principis supplicamus , cui pro deuotione , qua cunctos anteuenit sacerdotes , pietas hæc diuina concedit , quæ nos liberos pro populis Christianis apud omnipotentiam cælestem præstat interpres . Sicut ergo in redditu fratris & coepiscopi nostri Timothei gratulamur , ita eum commonente dilectione tua cupimus irreprehensibilem reperiri : quia meministi hoc , eum iamdudum fidelis præfusilis non habuisse constantiam , quando ei , vt damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur , extortum est . Data tertio Idus Martii Illo viro clarissimo consule .

EPI-